Ineffabilis et incōprehenſibilis tue bonitatis immenſitas domine deus· Cū enim beatus eter/naliter eſſes et ex ſumma tua bonitate uelles alios beatitudinis tue participes fieri· bonū ipſum quod tu ipſe es· et in quo beatus es· ſola bonitate nō neceſſitate alijs cōicare diſpoſuiſti· et quia nō ua/let aliquis ipſius tue ineffabilis beatitudinis fieri particeps: niſi ꝑ intelligenriā· que quāto magis in/telligitᷣ tāto pleniꝰ habetur· Creaturā rōnalē creaſti cā inter ceteras creaturas honorificās et exaltās atqꝫ lumine tui uultus nobilitās. que te ſummū bonū intelligeret intelligendo amaret amādo poſſide/ret· et poſſidendo frueretᷣ. quā hoc modo diſtinxiſti ut pars una in ſua puritate ꝑmaneret· nec corpori uniretur ſcꝫ angelica· parſqꝫ alia corpori iungeretur ſcilicet anima rōnalis quā cū tui capacem feceris ſatis datur intelligi q̄ꝫ nobilem q̄ꝫ excellentem condideris cū ex hoc nihil ei ſufficere poſſit ad beatam requiem quicquid te minus eſt· Nam etſi ceteris occupari poſſit. repleri omnino nō pōt in rebus qui/dem creatis. Ait Auguſtinus. Tā magnū bonū eſt natura rationalis· ut nullū bonum ſit quo beata ſit niſi deus. feciſti inſuper hominē benigne dn̄e deus innocentē· rectū decoratū omni uirtute· et oībus bonis ornatū. et uelud regem eorū que ſunt ſuꝑ terrā ſimul celeſtem et terreſtrem· temporalem et im/mortalem· inuiſibilē et intelligibilem· Cogita o anima fidelis qualem fecerit deus hominē· et magni/ficenrie eius gratias age. nempe ſecundū corpus fecit egregiā creaturā. ſed ſecundū animā magis ut pote imaginem creatoris inſignē· rōis participē· beatitudinis eterne capacē· Quidem hō deus meus altiſſime pater miſericordie· creator potenriſſime ꝙ magnificas eū magnificas plane· quia largitate rationis ditas infuſione gratie unificas· et honore collate uirtutis exaltas·

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO



430

Quis det oculis meis fontē lacrimatū ut fleam tam miſerabilem prothoparentis noſtri caſum O q̄ȝ lugubris ruina· fuerat nempe tali legis conditione inueſtigabili ſapiētia cōditoris protho parens noſter cōditus ut ſi in ea rectitudinis arce qua plaſmatus eſt optimo ſuo cōditori īmobiliter manſiſſet innexus· tāte ualitudinis robore beatus eſſet· tantaq̄ȝ ſoliditate firmatus· ut nullo unquaȝ noxie mutabilitatis impulſu. nulla infirmitate aut imbecillitate etatis ab ītegritate innate ualitudinis defluxiſſet. Sane hac cōditione in paradiſo locatus fuerat· teſte Greg· ut ſi ſe ad cōditoris obediētiā uinculis caritatis aſtrīgeret ad celeſtē patriā angelorū abſq̄ȝ ſue carnis morte trāſiret. Sed proh dolor q2 legē a celeſti maieſtate decretā irritans conditoris ſui amorē uerā ſtationis ſue arcē deſtruit lubrice mutabilitatis impulſu ab ingenita ſoliditate ꝓflatus a ſui ſtatus gloria et ſplēdore cecidit dignitatis. Ita ut his cui ante uiolationē federis datū erat in paradiſo nihil moleſtie. nihil indigētie ſentire. odoriferis ſtipati malis· fulciri floribus· gloria et honore coronatū cōuiuare plebibus angelorū· Illico ꝑ diuerſa miſeriarū genera defluere ceperit· Cuius caſū dolēter ꝓpheta cōmemorans ait· Homo cum in honore eſſet nō intellexit· comparatus eſt iumentis et ſimilis factus eſt illis· O triſtis et lacrimoſa mutatio· homo paradiſi incola· terre dominus· celi ciuis· domeſticus dn̄i ſabaoth. frater ſupernorū ſpirituū et celeſtiū coheres uirtutū· repentina cōuerſione mutat gloriam ſuā in ſimilitudinem uituli comedentis fenum. O caſus triſtis qui tanto nobis amplius uenit· quāto pluribus nouiſſe dinoſcitur· In tantū quippe labes huius mali aucta eſt ut in totius poſteritatis originē refuſa ſit maximum plane malū fuit originale peccatum quod a prothoparente noſtro contraximus· in quo peccauimus omnes in quo morimur uniuerſi· nō enī ſolū ipſum primū hominē ſed omne nocuit genus humanū quia ex eo damnationē ſimul et culpā ſuſcepimus· Ideo in iniquitatib9 conceptū ſe dicit dauid quia in omnibus contrahitur iniquitas ex Adam· et uinculum mortis· Ita ut omnes teſte apoſtolo

Inc 1510

naſcamur filij ire ſcʒ filij vindicte. filij pene. et filii gehenne. O triſte legatū Ade per quē peccatum intrauit in mundū. et per peccatū mors in omnes homines ꝑtranſiuit. O hereditas flebilis filiorū Ade in ſordibus generamur cōfouemur tenebris. et in doloribꝰ perturimur. Quo tua o triſtis mater Eua exarſit cōcupiſcētia ut nec tibi uiro nec filijs parceres naſcituros ſimul omēa adijciens terribilibus maledictis ecce genuiſti nos filios doloris. filios amaritudinis et indignationis et ploratiōis eterne. Sʒ tu pater Adam qui ꝓ ſapientia et dignitate quibus te cōſorte tua ſplendidiorē cōditor fecerat. firmior legis obſeruator eſſe debueras. Quid nobis feciſti irritaſti legem celi. et ecce uniuerſos nos horrende mortis umbris deſtinaſti. Quis iam o anima fidelis in horum meditatione malorū ita inſenſibilis ē aut ab omni alienus pietatis affectu qui ſuper hoc humani generis lugubri caſu nō moueatur ad fletū nō excitetur ad lacrimas. Quis dabit capiti meo aquā clamat ſanctificatus in utero. Hieremias. et oculis meis fontem lacrimarū. et plorabo die ac nocte interfectos populi mei.



Res ſtupenda et omni plena pietate. ecce ꝙ ꝓ reconciliatione humana paceqꝫ cōponēda inter omnipotentē deū offenſum. et reū hominē. inſerutabilis altitudo diuini cōſilij matrimoniū contrahendū inter dei filiū et humanā naturā mire diſpenſatione ſtabiliuit. Simile quidē eſt regnū celorū homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. quas tunc pater celeſtis rex uniuerſe creature filio ſuo fecit. quādo eū in utero uirginia humane nature cōiunxit. Ait Greg. Et quoniā conſenſus efficit matrimoniū. mittitur a patre luminū patre miſericordiarū. nūcina celeſtis ſcʒ angelus Gabriel ad uirginē nomie Mariā que gēmis ornata uirtutū. et donis ſublimata diuinis incōparabilis erat uniuerſis que tam pie tāqꝫ ſalutari diuini diſpoſitioni in totius nature humane perſona preberet conſenſum. O admiranda legatio. et ex omni parte ueneratione digniſſima que nec primā ſimilem uiſa eſt nec habere ſequentē. Quid enim maius quid ſublimius. quid deniqꝫ ſalubrius humano generi de celo efferri potuit.

INC 1510

Plane nihil. Quod enī natura nō habuit. uſus neſciuit. ignorauit ratio. mēs nō capit humana. pauet celū ſtupet terra. creatura om̄is etiā curia celeſtis miratur. hoc totū ꝑ Gabrielē Marie nunciať. et ꝑ Chriſtū adimpletur. Anunciāte enī angelo. et ueniēte ſpiritu ſancto. mox uerbum in utero. mox intra uterū uerbū caro. et manēte incōmutabili eſſentia que eſt ei cū patre et ſpiritu ſancto coeterna. aſſūpſit intra uirginea uiſcera. ut inpaſſibilis pati. et īmortalis mori. et eternus ante ſecula poſſit eſſe in fine ſeculorū. ut per ineffabile ſacramētū conceptu ſancto. et partu inuiolabili ſcd'm ueritatē utriuſqꝫ nature eadem uirgo et ancilla dei eſſet et mater. Quiſquis igitur qui chriſtiano noīe pie et fideliter gloriaris. recōciliationis huius gratiā iuſto perpēde iudicio. tibi enī quōdā abiecto tibi excluſo a paradiſo ſedibꝰ tibi per exilia longa morienti. tibi in puluerē et cinerem reſoluto. dū iam nulla eſſet ſpes uiuendi per incarnationē uerbi poteſtas data eſt ut a longinquo ad tuū reuerraris actorem. recognoſcas parentem liber efficiaris ex ſeruo. de extraneo proueharis in filiū. ut qui ex corruptibili carne natus es. ex dei ſpiritu renaſcaris. et obtineas per gratiam quod nō habes per naturam.



Admirabile cōmertium. creator generis humani. animatū corpus ſumens de uirgine naſci dignatus eſt. et procedens homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuā deitatem. Sepe quidē diuerſis modis multiſqꝫ menſuris. humano generi bonitas diuina conſuluit. et plurima ꝓuidentie ſue munera. omnibꝰ retro ſeculis clemēter impartiuit. Sed in nouiſſimis tēporibus omnē ſuperhabundantiā ſolite benignitatis exceſſit. qn̄ in xp̄o ipſa ad peccatores miſericordia ad errātes ueritas. ipſa ad mortuos uita deſcēdit. et uerbū illud eternū et equali genitori in unitate deitatis ſue naturā noſtre humanitatis aſſumpſit. ut deus de deo natus. idē etiā homo de homīe naſcereť. O natiuitas illibata ſanctitate honorabilis mundo. amabilis homībus beneficii magnitudinē īueſtigabilis. et etiā angelis ſacri ꝓfunditate miſterii. et in his oībus admirabilis. ſingulari excellētia nouitatis. utpote que nec primā

ſimilē uiſa eſt nec habere ſequentē· ubi partus ſine dolore· ſolus neſcius pudoris .corruptionis ignarus
nō reſerans ſed cōſecrans uirginalia uteri templū· Merito ergo aīa fidelis exultare te cōuenit et letari
quoniā in hoc die qui dñi nr̄i natiuitate cōſecratus ē diabolus ius ꝑdidit et mūdus ſalutē recepit·



Magnū pietatis ſacramentū· uerbū eternum quod ſemel locutus eſt deus id ipſum nō repetit·
uerbū imenſum quod uniuerſi celi capere nō poterāt de quo· In principio erat uerbū et uerbum
erat apud deū et deus erat uerbū· Uerbū inquā hoc abbreuiatū fecit deus ſuꝑ terrā· cū ipſum in utero
uirginis humanā carnē neſciens· ad menſurā rediit infantis· ſed id ipſum hodie abbreuiatius factū eē
perhibetur ſuſcepto in carne ſigno circūciſionis· Siquidē uerbū iſtud in cōceptione ſua paulominꝰ mi
noratū eſt ab angelis formā hominis accipiens· ſed in circūciſione que cōtra originale peccatū in lege
erat decreto multomagis minoratur ab angelis formā ſuſcipiens peccatoris· O ſtupenda humilitas
tua bone Iheſu ſuſcipis circūciſionē in lege decretā in carne· qui abſqꝫ omī protſus labe pollutionis ap
paruiſti in carne· Poſtqꝫ aūt cōſumati ſunt dies octo ut circūcidereris· ait euāgeliſta. Uocatū eſt tibi
nomen Iheſus· uocabulū utiqꝫ glorioſum .omni adoratu cultuqꝫ digniſſimū· nomē quod eſt ſuper om
ne nomen quod os dñi nomiauit· Nomen preter quod nō eſt aliud ſub celo in quo nos oportet ſaluos
fieri· O nomen dulce· nomen delectabile· nomen cōfortans peccatorem. plane hoc nomen dedit cecis
uiſum .ſurdis auditū· curſum claudis .ſermonem mutis .uitā mortuis · diaboli poteſtatem de obſeſſis
corporibus uirtus huiuſmodi nominis effugauit· Merito plane in circūciſione tibi dñe Iheſu impoſi
tum eſt hoc nomen quoniā ex illa hora iam uere te Iheſum opere indicabas iā precioſum ſanguinem
in opus noſtre redēptionis effundens ob noſtrā ſaluationem premitias deguſtans amare paſſionis·
Attende igitur aīa fidelis ſi tāto ab omībus dignius honorādus eſt Iheſus chriſtus quāta indignio
ra ꝑ omnibus ſuſcepit. quāto amore a te amādus eſt qui precioſo ſanguine ſuo te redemit·



Ognoſce anima fidelis. ꝙ cū fides natiuitatis Jheſu Chriſti dn̄i noſtri ad omniū hominum ſpectare ſalutē. conuenientiſſimū fuit ut natiuitas ipſa Chriſti temporalis uniuerſo declararet̄ mundo. Quāuis enim iſrabeliticā gentē et ipſius gentis unā familiā delegiſſet de qua naturā huma-nam aſſumeret. noluit tamē intra materna habitatōis anguſtias ortus ſui latere primordia. ſed mox ab omnibus uoluit agnoſci. qui dignatus eſt omībus naſci. Tribus igitur magis in regione orientis gentiū primitiis ſtella noue claritatis apparuit. que illuſtrior ceteris. lucidiorq́ʒ ſideribus facile in ſe tuentiū oculos. animoſq́ʒ cōuerteret. ut cōfeſtim aduerteretur nō eſſe ocioſum quod tam inſolitū uide-batur. Dedit ergo aſpicientibus intellectū qui preſtitit ſignū. et quod fecit intelligi. fecit inquiri. et ſe inueniendū obtulit requiſitus. Cōſumār igit̄ magi deſideriū ſuū. et ad puerū dominū Jheſum xp̄m ea-dem ſtella preeunte ꝑueniūr. Adorār in carne uerbū in infantia ſapientiā. in infirmitate uirtutem. et in hominis ueritate deū maieſtatis. O quā ſtupenda dignatio inter amplexū genitricis interdudit̄. qui celum terrāq́ʒ cōplectitur. Jn ſinu matris latet qui regnū patris excedit ꝑ ſimplex officiū ſpiritu-ale reuelat̄ archanū. humanitas cernit̄. et diuinitas adoratur. Exhibuerūt aurū thus et mirrhaʒ plus miſterijs q̄ʒ in conſcientijs offerentes. Jn auri munere regia dignitas. in thuris uapore diuina maie-ſtas. et in mirre ſpecie ſepeliendi demonſtratur humanitas. Quoruʒ exemplo tu fidelis anima offer domino aurum fidei. pietatis aromata. caſtitatis holocauſta. ſpiritualem quoq́ʒ mirram habe. que te ita condeat. ut ab omni peccati corruptione cuſtodiaris illeſa.



Stupenda plane ſaluatoris noſtri humilitas que ab ipſo incarnatõis exordio initiata ineffabi/
libus gradibus in augmẽtũ uſqꝫ ad morte̅ continue ſe oſtendit·humiliauit enim ſe in natiuitate
habens ſe ut pauper. In circũciſione amplius exhibens ſe ut pauper et homo peccator·Sꝫ hodie mul/
to amplius habẽs ſe ut pauper peccator et ſeruus homo·Et pauper quidẽ ĩ eo quod celi terreqꝫ poſſeſ/
ſor oblationem pauperũ ꝑ ſe deo offerendã elegit·Et peccator uero quantũ ſcilicet ad ſimilitudinem
in eo quod oblationibus expiari uoluit·qui fons puritatis purgationũ uenerat facem delictorum·Et
uero ſeruus homo in eo quod ipſe qui mundũ redimere uenerat legaliter redimi uoluit.Que omĩa iſta
dei filius nõ ꝓpter ſe ſed propter nos ipſos fecit·tũ ut legem implens nos a legis onere liberaret . tum
in humilitatis exemplũ·Quã admirandũ humilitatis exemplũ beatiſſima ſua genitrix deuotiſſime ꝑ
ſecuta licet ſingulari priuilegio ſupra legẽ eſſet·cuius uterus neſciens uirũ factus erat templũ ſpiritus
ſancti legalibus etiã ſubdi nõ refugit inſtitutis·licet ab omni legis ſubiectione foret liberrima. Uere
beata uirgo inquit Bernhardus nõ habes cãm nec tibi opus eſt purificatione.Sed nunquid filio tuo
opus erat circũciſione·Eſto inter mulieres una carũ·nã et filius tuus ſic eſt in numero puerorũ·O ad
mirabilis et immenſa dei et domini noſtri Jheſu chriſti et beate ſemper uirginis matris eius humili/
tas·ipſe quidẽ qui legem dedit.legis decretis nõ dedignatus eſt ſubijci· Et qui ſine peccato· et omni
humana concupiſcentia cõceptus et natus fuerat·quare pollutus et ĩmundus ad templũ dñi deferri.
et ibi cũ intemerata genitrice ſua legali hoſtia uoluit purificari·Ecce anima fidelis habes in Chriſto
et eius glorioſa genitrice multiplex humilitatis exemplũ ſuperbie medicamentũ·fundamẽtũ uirtutũ.
Quid ergo tumeſcis homo.pellis morticina quo tendis·O ſanies fetita quid inflaris· Princeps tu9
humilis eſt tu ſuperbus·caput humile·et membrũ ſuperbum abſit·



J Oſeph quid agis. Rem profecto operatis que me ꝓfundiſſime admiratione ſuſpendit. Herodē timens ne puerū perdat in egiptū cū puero et matre eiꝰ fugis. O res ſtupenda. None puer iſte eſt paruulus ille qui paucos ante dies natus eſt nobis cuius imperiū ut ꝓpheta ſanctus ait ſup hume rum eius. deus fortis pater futuri ſeculi. pīceps pacis. Nimis ꝓfecto arbitratus es herodis potentiā ut metueres ne paruulū perderet. Cui eſt poteſtas immenſa. maieſtas infinita. et inſuperabilis forti/tudo. O tu deus omnipotens et clementiſſime pater que neceſſitas fuit ut unigenitꝰ tuus ſic fugeret. An nō poteras eū ab herodis furore tua potentia illeſum ſeruare. qui ad mādatū habes īnumeras le/giones angelorū. Audi fidelis anima et ſi mirabile hoc tibi uideaꝛ. qꝛ iudicia dei inſcrutabilis abyſſus ſunt. non tamen a ratione deuiū. Quod enī Joſeph cū puero et matre in egiptū ſecedere iuſſus eſt. nō ꝓpter impotentiam paruuli qui inſuperabilis eſt poteſtatis. ſed ꝓuida diſpenſatiōe actū eſt. Primo quidem qꝛ opportebat ut paruulus ille regulā humane nature quā ſuſcepit cōſeruaret etiā in hac parte Eſt autem cōmune humane nature in puerili etate cōſtitute fugere poteſtatem īmanem. Secundo ut nobis exemplū humilitatis preberet. Profūda maximaqꝫ certe humilitas fuit. nō uelle dare malū pro malo ſed dare locū furori perſecutoris ſui. quem tn̄ uno momento perdere poterat et anihilare. Tercio hoc diuini conſilij diſpoſitione actū eſt in exemplū precipuū patientie. An nō patientie exem plū ſingulare eſt pati ſe innocentiſſimū excludi de ꝓpria patria et in ignotam relegari prouinciam. Quarto ita agere dignatus eſt puer ille ut ceteris chriſtianis cū neceſſitas ꝑſecutionis inſtaret exem plū fugiendi relinqueret. Reprehenſibile quippe uidereꝛ apud ſanctos ſi fugerent et ipſe eorū magiſter prius nō fugiſſet. Nam quod prius oſtendit exemplo poſtea uerbis docuit. Nam ait Si uos perſecu/ti fuerint in una ciuitate fugite in aliam. Quod in egiptum fugit non ſuſpiceris a ratione ſeparatum. quoniā hec diuina diſpenſatione triplici rōne actū eſt. Primo quia hec longe ante predixerat yſaias

baptiſmū ubi purior eſt fonte ille qui mergitur· ubi dū ſuſceptū aqua diluit. nō ſordibus inficiť ſed bene
dictionibꝫ honoratur· O admirabile baptiſmū ſaluatoris in quo purgātur potius fluenta ꝙ purgent
Nouo inquā ſanctificationis genere chriſtū nō tam lauat unda· ꝙ lota eſt· Nā ex quo ſaluator ī aquā
ſe merſit ex eo omniū gurgitū meatus· cunctorūqꝫ fontium uenas in miſteriū baptiſmatis cōſecrauit
ut ſi quis ubi in nomine domini uoluerit baptiſari nō tantū illud mundi aqua diluit· quā chriſti unda
purificat· Saluator ergo ideo baptiſari uoluit· nō ut ſibi munditiā acquireret ſed ut nobis fluenta mū
daret· Aduerte ceterū fidelis anima· hoc quod chriſtus baptiſatus ſpiritū ſanctū ſuper ſe deſcendentē
uidit· et uocē patris cōfitentē ſe eſſe filiū ſuum audiuit et celū apertū uidit. nō ita intelligas ꝙ ante ba
ptiſmū ſuum omīa hec ſilius nō haberet ſed ut baptiſmi ſacramentū ꝙ ualeret oſtenderet· Nā idcirco
trinitas in baptiſmo apparuit ut ſciret unuſquiſqꝫ quid in baptiſmo ſuſciperet· Tunc enī ſpiritū ſanc
tū quiſqꝫ peccatorū ſordibus ablutus accipit ut dei filius ꝑ adoptionis gratiā eſſe incipit· et tunc ſibi
regni celorū ianua aperiť. et totius celeſtis patrie et angelorū ſctōrū cōſors efficiť. Stude ergo aīa fide
lis ut nē ianuā pŕie celeſtis que tibi ē diuinis patefacta miſterijs· humanis ipſa tibi īterclud as illecebris·



Quā ſtupenda ſunt opera tua domine· Jeiunaſti bone Jheſu quadraginta diebus et quadraginta
noctibus nō utiqꝫ anxia neceſſitate uicia aliqua in te cōprimēdi· aut ut rebellantē ſpiritui carnē
ieiunij aſperitate frenares. quoniā in te ſancto ſanctorū hec locū nō habent nec habere pnt. ſed ut car
nem innocentē tuā ꝓ nobis ex īmenſa caritate macerares. et ut exemplū ieiunandi fidelibus preberes
atqꝫ inſtrueres ꝙ bonū ſit ieiuniū et qualiter ſcutū ſit aduerſus diabolū· Ceterū dulciſſime Jheſu poſt
celebratū ieiuniū cum infirmitatis noſtre in te recepiſſes eſurem a diabolo te tēptari permiſiſti ea pie
tatis cā ut nos inſtrueres qualiter diaboli tēptamenta que in ſanctis uiris maxime graſſanť tuo exem
plo atqꝫ doctrina uinceremus· Jn oībus enī his noſtre ſalutis ratio eſt· Tu quidē nobis eſuris pro b

nobis loqueris nos in te uicimus· q: nos tibi cā pugnandi ſumus· Nā quis ambigat unigenitū patris cui nulla poterat obuiare creatura ꝑ nobis iniſſe certamē· Ergo nunc aīe fideles quia ieiunātis dn̄i uictorias recēſentes triumphū noſtre ſalutis agnouimus· ieiunia nr̄a religioſis ſanctificemus obſequiis· Quid autē eſt aliud ſanctificare ieiuniū niſi ieiunij cauſa ſancta uelle iuſta facere et iniqua uitare.



m Ira bone Jheſu erga dilectā ſponſam tuā ſanctā eccleſiā fuit prouidentie tue diſpoſitio· Cū eni ad eius edificationē pontifex tu futurorū bonorū apoſtolos eorūq; ſucceſſores euangelici ſacerdotij miniſtros· ſacramentorū tuorū ac diuinorū miniſteriorū diſpenſatores diſponeres· admirabilē eis ptātem gratioſa tua largitate contuliſti· quia hominibus peccata relaxarēt et ianuā regni celeſtis credentibus aperiāt que ea cauſa methaphorica locutione clauis regni celorū eſt nominata· Uerum ut eccleſie unitas ſemꝑ incōcuſſa maneret tali ordine ꝑdictā ptātem ſapiētia tua Jheſu apoſtolis diſtribuit ut in uno eorū ſublimitatē illi9 pūcipaliter collocaret uidelicet in Petro qui i illa celeſtiū diſcipulorū ſcola precipu9 erat et primus. Unde Math. xvi· Interrogāte chriſto diſcipulos quē ipſuz dicerent. cū Petrus tāq; os et caput eorū reſpōderet. Tu es chriſtus fili9 dei uiui· audire a chriſto meruit. Tu es Petrus et ſuꝑ hanc petrā edificabo eccleſiā meā· et porte inferi nō preualebūt aduerſus eā. et tibi dabo claues regni celorū· et quodcunq; ligaueris ſuꝑ terrā erit ligatū et in celis· et quodcūq; ſolueris ſuꝑ terrā erit ſolutū et in celis· O ineſtimabilis et imenſa poteſtas inquit Auguſtinus hominē in terra poſitū tenere celū. ecce nunc ad nutū Petri diuini regni clauſtra pateſcunt. accepit eni a chriſto claues regni celorū ut ſolutis uinculis peccatorū aperiret credentibus celum· O q̄ uicina et prope remedia prope ſe habet mundus dei regnū ſi currat ad Petrū· Nō hic machine querunt ad nubes· quia aſcenſum preparat ſola fides· Nō ad aures domini longa eſt petentibus uia quia ipſe chriſtus credentibus factus eſt uia· Poſuit ad uicē ſuā in ſeculo celeſtis regni clauiculariū Petrū ne difficilem ſibi ad

celum quiſpiã eſtimaret aſcenſum. Et Bernhardus. Petrus clauicularius regni. celorũ lingua fidei
fundamentũ. cõſumatus honor. et dignatio glorioſa. hominẽ in terris poſitũ in celis impera et intra/
re angelorũ choros iudiciarie poteſtatis exercere uirturẽ. Adeſt Petrus. et ad eiꝰ arbitriũ uniuerſitas
orbis ligatur et ſoluitur et precedit Petri ſñia ſñiaꝫ redẽptoris. qꝛ nõ quod chriſtus hoc ligat Petrus
ſed quod Petrus hoc ligat chriſtus ipſo ad ipſum atteſtãte Quodcũqꝫ etc̃. O potẽs dignitas ꝙ dig/
na potentia. Judicabit petrus et omnipotens iudicia petri cõfirmat et eſt in manu petri manus altiſ/
ſimi. et qꝛ ſolus efficitur familiaris chriſti qui petri familiaritatẽ habuerit ut ait Bern. Stude deuota
a nĩa beatiſſimũ petrũ apoſtolũ aduocatũ habere ut ipſe tibi tãꝙ bonus ianitor regnũ celorũ aperiat.



Ognoſce fidelis anima pie diſpenſationis qua ſaluator noſter uoluit glorie ſue claritatẽ diſcipu
lis ſuis demonſtrare tres maxime ſtetiſſe cauſas. Primo quia enim exhortatio ſaluatoris. hoc
ſepe ſpirauit. hoc docuit ut uolentes eum ſequi. negarent ſe ſibi. et ꝓ ſpe eternorũ leuiſſimũ ducerent tẽ
poraliũ detrimentũ. quia is demũ animã ſuã ſaluã faceret qui eam ꝓ chriſto perdere nõ timeret ut er/
go iſtã felicis cõſtãtie fortitudinẽ toto apoſtoli corde cõciperẽt et nihil de ſuſcipiẽde crucis aſperitate
trepidarẽt ac de ſupplicio chriſti nõ erubẽſcerẽt nec pudendã eã ſibi patientiã crederent que ſic ſubitu/
ra erat ſeuiciã paſſionis ut nõ admitterent gloriã poteſtatis. Aſſumpſit Jheſus Petrũ et Johannẽ et
Jacobum fratrẽ eius ceteris diſcipulis preſtãtiores et concenſo cũ eis ſcorſum monte excelſo claritatẽ
ſue glorie demonſtrauit apparuit ergo dominus corã electis teſtibus gloriã ſuã et cõmunem illã cũ ce/
teris corporis formã tanto ſplendore clarificauit ut et facies eius ſolis fulgoris ſimilis et ueſtitus can
dori niuiũ eſſet equalis. In qua trãſfiguratione illud principaliter agebatur. ut cordibus apoſtolorum
crucis ſcandalũ tolleret nec conturbaret fidem eorũ uoluntarie humanitas paſſionis quibus reuelata
eſſet abſcõdite excellẽtia dignitatis. Secũdo etiã mira ꝓuidentia hoc actũ eſt quoniã ꝑ hoc ſpes b.ij.

ſancte eccleſie firmiſſime fundabat̃ ut totũ corpus xp̄i agnoſceret qualis eſſet cõmutatione donandũ eius ſibi honoris conſortiũ membra ꝓmitterent qui in capite prefulſiſſet· de quo idem dñs dixerat dũ de aduentus ſui magnitudine loqueret̃. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris ſui. Tertio ut diſcipuli tante glorie reuelatione incitati· mũdana facilius ſpernerẽt et in eternorũ deſideriũ ardentis ſuſpirarent· Apparuerunt autem cũ domino loquentes· Moyſes legiſlator et helias maximus diuini honoris emulator· ut ueriſſime in illa quinqꝫ uirorũ preſentia cõpleretur quod dictum eſt. In duobus uel tribus teſtibus ſtat omne uerbũ· Quid hoc ſtabilius· quid firmius uerbo· in cuius predicatione ueteris ac noui teſtamentorũ concinit turba et cũ euãgeliſta doctrina antiquarũ ꝓteſtationũ inſtrumẽta cõcurrunt· Curre ergo anima fidelis ardẽtiſſimo deſiderio. ad illa ſuperne felicitatis gaudia que tãtis tibi iam celeſtibus ſunt oſtenſa miſterijs· et teſtimonijs firmata diuinis dicens cũ ꝓpheta. Sicut ceruus ad fontes aquarũ ita anima mea deſiderat ad te deus·



Exemplum admirandũ et imitandum humilitatis tue dñe Iheſu Magna certe humilitas ut homo homini ſibi pari pedes lauet. maior ꝙ angelus homini. maxima ꝙ deus hominibꝫ. et ſupmaxima ut tu bone Iheſu genuflexo procumbens: ſanctiſſimis manibus tuis abſtergeres pedes eius cuius manus in tua traditione noras eẽ polluendas intuere huic ania fidelis dominũ uniuerſe creature factorem tremendũ iudicem uiuoruꝫ et mortuorũ ante pedes hominis traditoris ſui et proditoris genua incuruantem· Diſce quia mitis eſt et humilis corde et confundere in ſuperbia tua et erubeſce impatientiam tuam·



m Ira plane et ſtupenda ſapientie tue diſpoſitio bone Jheſu ut ꝑ incrementa temporū incremēta tue dilectionis oſtēderes. Tranſiturus quidē ad patrē cū tempus tue paſſionis inſtaret cenā cuꝫ apoſtolis tuis mira caritate affluente celebraſti. ī qua legalibus epulis expletis et eorū pedibꝫ ablutis memoriā faciēs mirabiliū ſuorū miſericors et miſerator dn̄s. ſacramentū corporis et ſanguinis tui ſūma tractās caritate nobis cōſecraſti. ut colere᷑ iugiter ꝑ miſteriū qd' ſemel offerebat᷑ in preciū. Unde ut tanti beneficij iugis in nobis memoria perſeueraret. corpus tuū in cibū et ſanguinē tuū in potū ſub ſpecie panis et uini ſumendū fidelibꝫ dereliquiſti. O clemētie magnitudinē O inaudita dilectio. Bene quidē de te pulchro ſermone euāgeliſta Johānes ait. Qd' cum dilexeris tuos uſqꝫ in finē id eſt uſqꝫ ad maximū caritatis exceſſuꝫ dilexiſti totū te in eorū dilectionē infundēs. Corpus ī cibū ſanguinē ī potū animā in preciū. deitatem in beatitudinis guſtū. In quo attende fidelis anima ineſtimabilis diuine pietatis ſacramentum. Voluit ſiquidem eterna ſapientia. que ſe per uiſibilia manifeſtat. ut quemadmodum panis eſt et refectio angelorū ꝑ ſue īmediatū diuinitatis guſtū ſic et hominū in hac mortalitatis ualle peregrinantiū mediāte aſſumpte humanitatis ſacramēto. Propterea quippe carnē aſſumptā fidelibus in eduliū ꝓpoſuit ut ꝑ cibū carnis ad guſtū intraretur diuinitatis O ineffabilis pietatis gratia. Ecce ut panē angelorū manducaret homo creator angelorū factus eſt homo utroſqꝫ paſcens et integer manēs. Ille panis qui ſe ipſum dat angelis ad gaudiū ſtabilitatis ſeipſū dat hoībus ad remediū ſanitatis et qui ē angelorū eſca factus ē nobis medicina. Ceterū agnoſce fidelis aīa ꝙ prudēter ipſa diuina ſapientia. ne humana infirmitas contactū carnis in aſſumptione horreret cōſueti et prīcipalis edulij ſpecie illā uelauit et ſic aſſumendā ꝓpoſuit ut ſenſus in uno foueretur et fides in altero edificaretur. foue᷑ enī ſenſus ī uno dū ſolita et cōſueta ꝑcipit edificatur aūt fides ī altero dū ī eo qd' uidet quale ſit qd' n̄ uidet agnoſcit. ꝓponit᷑ ſūt ſpēs panis et uini ut doceat᷑ plena et ꝑfecta refectio eē

in aſſumptionē corporis et ſanguinis xp̄i ſicut ipſe teſtat̄ dicēs. Caro mea uere eſt cib⁹ et ſanguis me⁹
uere eſt potus. O precioſū et admirādū edulīū. Quid enī hoc cōuiuio precioſius eſſe pōt aut maius in
quo nō carnes uitulorū et hircorū ut olim in lege ſʒ xp̄us nobis preponitur ſumendus uerus deus. quid
hoc ſacramēto mirabilius in ipſo nanqʒ panis in corpus et uinū in ſanguinē chriſti ſubſtātialiter con
uertuntur. Quid enī hoc ſacramēto ſalubrius in quo purgātur uicia. uirtutes augentur. et mens omni
um cariſmatū habundantia impiguatur. Letare fidelis anīa et in huius ſacramenti ſuſceptione exul/
tans dulciter decanta. O ſacrum conuiuiuʒ in quo chriſtus ſumitur recolitur memoria paſſionis eius
mens impletur gratia et future glorie nobis pignus datur.



Quis nō miretur et ſtupeat bone Jheſu qualiter uenīētibus una cū ꝓditore uiris ſanguinis cum
gladijs et fuſtibus et querētibus animā tuā. ultro occurriſti. oīpotenti brachio tuo terre eos alli
ſiſti. nō quidē defenſionis cā ſed ut cognoſceret humana preſūptio. nihil ſe poſſe aduerſū te niſi quātū
culpa ſua exigēte ꝑmitteretur a te. Accedentē ad oſculū ſanctiſſimi oris tui cruentā beſtiā iudā nō es
aduerſatus ſʒ os in quo dolus inuentus nō eſt ori in quo habūdauit malicia. dulciter applicuiſti et hoc
benignitatis tue erat domine ut oīa illi exhiberes que praui cordis ꝑtinaciā emollire potuiſſent. Nā
et ueteris amicicie illū cōmonuiſti dicens. Amice ad quid ueniſti. horrore ſceleris ſui cor impiū ferire uo
luiſti. cū diceres. Oſculo filiū hominis tradis. Quis audiat ſine gemitu qualiter in illa hora homicidas
tibi manus iniecerūt et innocentes manus tuas Jheſu bone uinculis aſtringētes te agnū māſuetiſſi/
mū ad inſtar latronis traxerūt a duictimā. Sed nec tunc miſericordiā tuā ſuper inimicos tuos diſtilla
re fauus dulcedinis tue chriſte ceſſauit. Nā et mutilatā a diſcipulo tuo aurē inimici tāgens ſanaſti ac
defenſoris tui zelū a leſione trahentiū te compeſcuiſti. O bene maledictus furor. O q̄ʒ ꝑtinax quē nec
maieſtas miraculi. nec pietas beneficij potuit cōfringere. Cōſidera etiā fidelis anima q̄ etiā hoc qḋ

accedit ad magnitudinem ignominie huius captionis chriſti quod ab amicis et a diſcipulis et notis qui exhortabantur mori ꝑ eo derelictus eſt qm̄ tunc diſcipuli omnes relicto eo fugierūt timore perterriti dimittentes eū ſicut latronem duci· ubi adimpletum eſt illud· Job· x· Noti mei quaſi alieni receſſerunt a me· Et id quod legitur· Omnes amici mei dereliquerūt me et ſpreuerūt inſidiātes mihi·



Educant oculi tui fidelis anima fletū liqueſcat ſpiritus tuus cōpaſſionis igne cōſiderans q̄ʒ ignominioſe q̄ʒ turpiter q̄ʒ crudeliter deductus ſit ſaluator tuus ad Caipham et ſeniores iudeorū Quāta in illorū malignantiū concilia a propria gente pertulit. Vultuʒ enī illū honorabilem in quem angeli ꝓſpicere deſiderant qui omnes celos adimplet letitia quem deprecantur omnes diuites plebis polluti labijs ſui ſputis inquinauerunt ſacrilegis manibus ceciderunt uelo cooperuerūt et dominū uniuerſe creature tanq̄ʒ ſeruū contemptibilem colaphiſauerūt· ubi adimpletū eſt illud yſaie· Vidimus eū et nō erat ei ſpecies nec decor· quia uultū eius iniquorū liuor uerberibus fedauerat· Qui tādem uictus ad Pilatū falſis teſtimonijs accuſatur et tanquā reus mortis petitur crucifigi coram quo ſtabat Ihesus inclinato capite· uultu placido· ſermone rato. uoce ſubmiſſa· fixis in terra aſpectibus· paratus ad obprobria· et ad uerbera promptus quem tandem apprehendens Pilatus· ut ait euangeliſta flagellauit et milites plectentes coronam de ſpinis impoſuerunt capiti eius et ueſte purpurea circūdederunt eum. Agnoſce fidelis anima quantū ualeas et quantū debeas et dum tantā redemptionis tue ꝓſpicis dignitatem ipſa tibi indicito peccādi pudorem. Ecce ꝓ impio pietas flagellatur. pro ſtulto ſapientia illuditur ꝓ mendace ueritas negatur dānatur iuſticia ꝓ iniquo miſericordia afficitur ꝓ crudeli·



Eficio plane bone Jheſu in contemplatione imenſe caritatis. tue quā humano generi in morte
tua demonſtraſti· Cum enī primi hominis tranſgreſſio intantū labefactaſſet humanā naturaꝫ
et letali uulnere confodiſſet ut nullū ſalutis ſue eſſet remediū· nulla quoqꝫ ſpes iuſticie· nulla forma ſa-
pientie· quibus a captiuitate diaboli· et eterne mortis ꝓfundo. humanū genus erui poſſet· niſi medici
na nobis eueniret et de celo quanqꝫ diuine pietati ad reparandū humanuꝫ genus ineffabiliter multa
ſuppeterent hanc potiſſime elegit uiam. qua ad deſtruendum opus diaboli nō uirtute uteretur poten-
tie· ſed ratione iuſticie. quoniā hoc plus boni cōtinebat ad gratiā· plus congruētie ad ſapientiam· plus
decoris ad gloriam· plus cōmodi ad ſalutem· Hinc tu bone Jheſu hoc ſalutifere humane reparatiōis
complecturus ſacramentum naturam humanam in te ſuſcepiſti· paſſibilem in qua ſuſtinendo mor-
tem precium redemptionis noſtre deo patri pro nobis ſufficiētiſſime perſoluiſti· Ueraciter paſſio tua
bone Jheſu ultimum refugium noſtrum fuit ſingulare remedium· deficiente ſapientia· iuſticia nō ſuf-
ficiente ſuccumbentibus meritis illa ſuccurrit. Acceptiſſimus plane bone Jheſu modus iſte redempti
onis quem elegiſti ad placandum deum congruentiſſimus ad curandum morbum· efficaciſſimus ad
trahendum genus humanū prudentiſſimus ad expugnandū humani generis initium· O imenſa dei
caritas· Cōmendauit deus plane caritatē ſuam in nobis quoniā cū inimici eſſemus chriſtus ꝑ nobis
mortu9 eſt· O qꝫ indebita miſeratio O qꝫ gratuita et ſic ꝓbata dilectio· qꝫ inopinata dignatio· qꝫ ſtu-
penda dulcedo regē glorie ꝑ deſperatiſſimo uernaculo imo uermiculo crucifigi· Uix ꝑ iuſto quis mo
rit̄ et ipſe ꝑ inimicis et iniuſtis mortuus eſt· Reſpice fidelis o aīa oculo mentali quāto remuneratōnis
debito aſtringaris· dn̄o patiēti recole ſudorē ſanguineū· alaparū cōtumeliā flagellorū inſtantiā ſpinea
ſerta· crucis angariā· ſuſpendiū patibuli caput inclinatū· oculos languentes. manus tranſfixas· pedes
confoſſos· latus perforatū eſcam fellitā· acida pocula· ſpongie talami et hiſopi obſequiū. ſputi ludibria

ictus arundinis.latrones altrinſecos·geniculationes irriſorias·titulū famoſum·ſortes ueſtis. diuiſio/
nes ueſtimētorū·Quid plura uiliſſimū mortis ſuppliciū et probra nephādiſſima. O q̄ȝ dura et aſpera
pro hominibus paſſus es bone Jheſu dura uerba duriora uerbera·et duriſſima et horrenda crucis tor/
mēta. Laudent ergo te et adorēt cuncti fideles qui ꝑ paſſionē et mortem tuā de tenebris ad lucem·de
morte ad uitā·de corruptione ad incorruptionē de exilio ad patriā·de luce ad gaudiū uocati ſunt·



On te pretereat anima fidelis cōtemplari et cōtemplādo condolere uirgini glorioſe cuiꝰ animā
gladius paſſionis eius acerbiſſime confoderat·Cogita qualiter eum fuiſſet filiuȝ ſuum intuita
pugnis percuti.alapis cedi.ſpinis coronari·cōmota ſunt omnia uiſcera eius et deficit ſpiritus eius et
nō erat uox neqȝ ſenſus·Memorare preterea deuota aīa qualiter precone clamanre·et pilato imperā
te cum filius eius baiulans ſibi crucem ad ſuppliciū traheret̄ et factus eſſet cōcurſus populorum poſt
ipſum quorū alij illudentes irridebant ei·alij proijciebant lutū et fimū et alias imundicias ſuꝑ caput
eius cum quāto dolore ſequebatur eū meſtiſſima mater eius cū mulieribus que ſecute fuerunt eum a
galilea miniſtrātes ei a quibus uelut mortua tenebat̄ et ſuſtentabatur quouſqȝ peruentuȝ eſt ad locū
ubi crucifixus eſt ante eam.O q̄ȝ inexplicabili dolore uexabatur in mente uidens dominuȝ et filium
ſuū in cruce pendentē et morte turpiſſima morientē·Unde ait euāgeliſta· Stabat iuxta cruceȝ Jheſu
mater eius·Unde ut ait Auguſti·plorans dicebat·Uidebā in orientem quē diligit anima mea et tota
liquefiebam pre doloris anguſtia flebam dicendo·et dicebam plorando fili mi· fili mi.ue mihi·Quis
dabit mihi ut ego moriar pro te·O miſera quid faciā moritur filius cur ſecū nō moritur hec meſtiſſi/
ma mater·fili mi fili mi·amor unice·fili mi noli me derelinquere poſt te·trahe me ad te ipſū·ꝰperimat̄
iſta tua genitrix·O mors miſera noli mihi ꝑcere·tu ſola ꝑ̄uetis places·exargera uires trucida matrē

cum filio·filij dulcor unice ſingulare gaudiũ uite mee et anime mee omne ſolatium fac ut ipſa que ad mortem te genui nunc moriar·O fili cognoſce miſeriã exaudi matrẽ deſolatam·exaudi me obſecro et in tuo me ſuſcipe patibulo ut qui una carne uiuunt·una morte trãſeant· O uere nate tu mihi pater. tu mihi mater.tu mihi ſponſus·tu mihi filius·tu mihi oĩa eras·Nunc orboꝛ patre·uiduor ſponſo·deſolor prole·omnia perdo·O fili quid faciã ve mihi·ve mihi fili·neſcio quid faciam quo uadã cariſſime·ubi me uertam dulciſſime·Et huiuſmodi uerba multa doloribus plena proſecuta creditur·



Ira dignationis tue gratia bone Jheſu.poteras ſolo uolũtatis tue imperio ad inferos nõ deſcendendo eripere eos·qui in tenebris illuc tenebãtur captiui·ſed pietate ineffabili que tua caritate tractus illuc deſcendere dignatus es·ut is qui in tenebris et in umbra mortis per longa tempora ſederant·Splendida luce tua perfunderes ſicut in natiuitate tua his qui erant in terris lux tue claritatis infulſit tum ut etiam apud inferos tuam demonſtrares potentiã·Unde Johannes in apochalip· Angelum te ſcribit deſcendentẽ de celo habentẽ clauem abiſſi·et cathenã magnã in manu ſua qui apprehendens dracõnẽ ſerpentem antiquũ qui eſt diabolus et ſathanas ligauit eũ per annos plurimos tum ut antiquo humani generis hoſte iam tua morte deuicto·et mortis pricipe tua poteſtate ligato portis inferni ferreis cõfractis.captiuos eius a uinculis damnationis eriperes·Cõſidera deuote fidelis anima qualem chriſtus ad profunda infernorũ deſcendens cũ tenebrarũ terminũ quaſi quidam depredator ſplendidus terribilis attigiſſet·aſpicientes in eũ impie atqꝫ tartaree legiones. territe ac trementes inquirere ceperunt dicentes·Unde iſte eſt tã fortis.tã ſplendidus·tam preclarus tamqꝫ terribilis·Mundus ille qui nobis ſubditus fuit ſempqꝫ noſtris uſibus mortis tributa perſoluit nunqꝫ nobis talẽ mortuũ miſit·nunqꝫ talia inferis munera deſtinauit·Quis ergo eſt iſte qui ſic intrepidꝰ nr̃os fines ĩgredit̃ et nõ ſolũ nr̃a ſupplicia nõ ueret̃ inſup et alios de noſtris uinculis abſoluit tenebras ipſe

ipſe ſuo ſplendore fugat. omnes carceres fregit captiuos eiecit. ligatos ſoluit. luctus eorũ in gaudium cõmutauit. Attende preterea fidelis aĩa qualiter poſt illas crudeliũ infernaliũ uoces ſine aliqua mora ad imperiũ dñi et ſaluatoris noſtri oẽs ferrei cõfracti ſunt uectes. Et ecce ſubito inumerabiles ſanctorũ populi qui tenebãtur in morte captiui ſaluatoris ſui genubus aduoluti lachrimabili cum obſecratione depoſcunt dicentes. Aduenisti quẽ deſiderantes quotidie ſperabamus. Aduenisti quẽ nobis uẽturũ lex nunciauerat et ꝓphete. Aduenisti donans in carne uiuens indulgentiã peccatoribus mundi ſolue defunctos captiuos inferni. Deſcendiſti ꝓ nobis ad inferos. noli nobis deeſſe cũ fueris reuerſus ad ſuperos. poſuiſti titulũ glorie in celo. pone ſignũ uictorie in inferno. Cõſidera demũ anima fidelis qualiter poſt auditas preces. poſt cõpoſitas leges. poſt diuerſos alta uoragine tortores ſaluator noſter ab inferis laureatus exiuit ſed et leta cũ principe omnis beatorũ toga proceſſit. Quod propheta ſanctus a longe uidens ait. Tu quoqꝫ ĩ ſanguine teſtamẽti uinctos eduxiſti de lacu. Omnis ergo per totum mundũ catholica gratuletur eccleſia quia chriſtus dñs rex profecto fortiſſimus mortis confractis uiribus pede conculcans tartara. ſoluit a pena miſeros.



Decuit plane bone Iheſu ut a mortuis reſurgeres glorioſus ac imortalis. nõ tantũ ad diſcipulorũ tuorum quibus mora tua plurimũ doloris intulit atqꝫ merorís conſolationẽ. Uerum etiam ad diuine cõmendationem iuſticie. ad quam cum pertineat eos. qui ſe propter deum humiliauerunt exaltare iuſtiſſimum fuit ut tu qui propter caritatem et obedientiam te uſqꝫ ad mortem humiliaſti. glorioſa reſurrectione uenires exaltandũs. Decuit inſuper propter roborandam fidem noſtram que plurimum per tuam firmata eſt reſurrectionem. Sane ſi tu bone Iheſu a mortuis nõ reſurrexiſſes ut argumẽtatur apoſtolus uana reddita eſſet predicatio noſtra et inanis fides noſtra. Cõgruit etiã ad ſpem noſtrã ſubleuãdam. qm̃ te capite noſtro et duce reſurgẽte. nos tui corporis mẽbra reſurrecturos

nō dubitamus· Plane ergo reſurrectio tua bone Jheſu noſtra feſtiuitas fuit· quia nos ad imortalitatem reduxit· fuit etiam angelorū feſtiuitas quia nos reuocando ad celeſtia numerū corū impleuit· O ſolemnitas ueneranda· qua chriſtus a mortuis reſurrexit poteſtas diaboli cecidit· tartarea ſunt inferni uincula reſoluta cirographū antique preuaricationis extinctuꝫ et aculeꝗ mortis attritus· nobiſqꝫ future reſurrectionis ſpes cōfirmata eſt· Tu ergo aīa fidelis ſi uere cū chriſto cōſurrexiſti que ſurſum tibi querenda ſunt· tibi xp̄us eſt in dextera dei que ſurſum ſunt ſapias nō que ſuper terram ut quemadmodū chriſtus ſurrexit a mortuis· ita et tu in nouitate uite ambules·



Ineffabilem profecto dilectionis affectū ad ſponſam ſuā ſanctā eccleſiā demōſtrauit· ſaluator noſter quia cū preſentiā ſuam ſubtracturus eſſꝫ eccleſie ſue ne eā deſolatā ſine paſtore et rectore qui uiſibiliter cū ea cōuerſaretur· relinquere uideretur. omniū ouiuꝫ ſuarū curā uni ſcilicet beato Petro cōmendauit qui loco ſui totius gregis dominici curā gereret. hinc ante aſcenſionē eius ad celum Petro inquit Symon Johannis diligis me plus his· et reſpondenti Petro tu ſcis domine quia amo te. ſubdit chriſtus paſce oues meas· ſuper quo uerbo Criſoſtimus ita loquitur· Petrus a filio ſuper omē quod eſt filij poteſtatē accepit· Non ut moyſes in gente una ſed in uniuerſo orbe dicente dn̄o. Paſce oues meas· inter oues illas et iſtas nō diſtinguens· Et beatus Bernbardus libro de conſideratione ad Eugenium papā iſta ad propoſitū inquit. Tu es cui tradite ſunt claues regni celorum· cui oues credite ſunt· Sunt quidem et alij celi ianitores et gregum paſtores· ſed tu tanto glorioſius quanto differentius utrūqꝫ pre ceteris hereditaſti· habēt alii aſſignatos greges· ſinguli· ſingulos tibi uniuerſi crediti ſunt· unus uni· Nec modo ouium omniū ſed et paſtorum tu unus omniū paſtor· Unde id probem queris· ex uerbo domini· cui nō dico epiſcoporū ſed etiam apoſtolorum ſic abſolute et indiſtincte tote cōmiſſe ſunt oues· ſi me inquit amas· paſce oues meas· quas illius uel illius populi ciuitatis aut

regionis aut certe regni. oues inquit meas. Cui nō planū nō deſignaſſe aliquas. ſed aſſignaſſe omnes
nihil excipitur. ubi diſtinguitur nihil. et forte preſentes ceteri apoſtoli erāt cū cōmittens uni eccleſiam
unitatē omnibus cōmendaret. in uno grege. in uno paſtore. ſcd'm illud. Una eſt columba mea etc.
Hac ratione ut dicit beatus Cerillus Romano pontifici qui beatiſſimo Petro ſuccedit omnes iure
diuino caput inclinant et primates mundi tanq̄ꝫ domino Jheſu chriſto obediunt. Hinc fidelis anīa
diſtinctū eſt neceſſitate ſalutis cauſe ſubeſſe Romanó pontifici nec poterit nominari inter oues chri-
ſti aut dici chriſtianus qui dixerit ſe nō eſſe ſub tutura Romani pontificis.



Conueniētiſſimū fuit bone Jheſu ut a mortuis in uitā īmortalem atq̄ꝫ incorruptibilē reſurgeres
in celum quod incorruptibilis locus eſt et manſio congrua īmortaliuꝫ aſſumptā humanitatis
naturā glorioſe ſublimares. et tanto altius ſuper celos quāto pre ceteris creaturis illam tue bonitatis
participē feceris. Cōgruebat inſuper hoc ad perficiendā fidei noſtre de te integritatē. Decebat quideꝫ
ut poſtq̄ꝫ te dominū omniū que ſunt in terra in mari in inferno probaueras te aeris et celorū dominuꝫ
comprobares ut iam tibi merito deberet̄ ut in nomine tuo omne genu flectatur. celeſtiū terreſtriū in-
fernorū. et oīs lingua cōfiteat̄. qꝛ tu es in gloria et dextera patris. Decuit preterea bone Jheſu ut ī celū
glorioſus aſcēderes ut nos in poſſeſſionē induceres celi quā nobis precioſo ſanguine tuo emeras. O q̄ꝫ
merito exultandū eſt nobis in hac die in qua nō ſolū paradiſi poſſeſſores facti ſumus ſed ſūma celorū
penetrauimꝰ ampliora recepturi p ſuā ineffabilē gloriā quā per diaboli pdideramus inuidiā. qꝛ quos
diabulus a primi habitaculi felicitate deiecit hos filius dei ſibi incorporatos ſup omēs ordines ange-
lorū ad dei patris dexterā collocauit. Hec pretercat contēplationē tuā fidelis anīa quā poterer ꝙ nul-
lo fultus auxilio ſed gradiens in multitudine fortitudinis ſue et q̄ꝫ feſtiue iubilantibꝰ angelis ipſe ſal-
uator noſter aſcēderit. Aſcendēte enī eo pauet celū. mirant̄ aſtra. tube ſonant. et letis īmiſcent blan- c

da modulamina choris·Exulta ergo fidelis anima gaudẹo ſpeciali et digna apud deum gratiarũ acti one letabunda et liberoa cordia oculoa ad illã altitudinẽ ad quã chriſtus aſcendit et permanet·erigẽs poſt illum fidei paſſibus et amoris aſcendere et ſequi omni tua uirtute contende·



S 'Pectabat plane ad tue amplitudinẽ glorie bone Jheſu ut poſt glorioſum de antiquo hoſte triũ phum et poſtq̃ꝫ tu dñe deus uirtutũ· thronũ glorie tue cõſcenderas magnificentiã tuaꝫ donorũ et gratiarum larga profuſione fidelibus demõſtrares. Et ita conuenientiſſime actũ eſt ut aſcenderea in altum captiuã duceres captiuitatẽ dona darea hominibus . Sed que dona ſpiritum ſcilicet ſanctuꝫ tale donum quale tu es· Magna certe eſt miſericordia tua dñe Jheſu. das enĩ donum equale tibi cum hodierna die ſpiritum ſanctũ in filioa adoptionia effuderis· Jdeo aũt ſcriptura pluraliter loquit quod dona hominibus dederis quoniam cum ſancto ſpiritu plura dona infunduntur· Sanctus enĩ ſpiritus a throno glorie tue in ſpecie ignia repentino ſonitu deſcendens cũ ſplendore ueritatis uenit· cũ ardore caritatis. cum dulcedine gaudij ſpiritualia· cum pulchritudine uirtutũ. cum theſauro gratiarũ cuꝫ om nium ſcientia linguarũ· Ab hac enĩ plane die tuba angelice predicationis intonuit· Ab hoc die imbres cariſmatũ flumia benedictionũ· omne deſertũ et uniuerſa ardua irrigarũt quomã ad renouandaꝫ faciẽ terre ſpiritus dei ferebatur ſup aquaa et ad ueteres tenebras abijciẽdas noue lucis fulgurã coruſcabãt perfudiſti quippe hodie apoſtolos tuos igne ſpiritua ſancti quaſi uine lucis fonte ut ipſi poſtmodum uniuerſum mundũ quaſi duodecim ſolia radij ac totidem lampades ueritatis illuminarent et inebria ti nouo uino repleant atqꝫ irrigent ſaucia corda omnium populorũ· Prepara ergo te aĩa fidelis ad tã precioſa ſpiritus ſancti dona percipienda ad que tanto proculdubio tanto capacior efficieria quanto ab amore te abſolueris terrenorum·

Elix uitis de cuius ſurculo tantum germē redundat ſeculo·celi uinum ꝓpinans populo uitali poculo ex ubertate palmitū·mūdi iam cinxit ambitū·Bene uitis glorioſus patriarcha dominicus dicitur·tū q: a celeſti agricola in eccleſie uinea mira ꝓuidentia in ſalutem hominū plātatus·totius ſctītatis exemplar illuſtre factus uirtutis ſctītatis redolentiſſimos flores ſpirauit·et fructus ſuauiſſimos copioſa largitate ꝓfudit·tum q: preclariſſimū predicatorū ordinē fundauit. qui admirabili ſancte predicationis odore ſerpentes de uinea dn̄i ſcilicet hereticos·ſepiſſime effugauit·et irrefragabili ſplendore doctrine errores uarios atq; hereſes uiriliter ꝓpulſauit·et confutauit. Hinc eccleſia in eius ſolēnitate cantat hymnū·Noue leticie dulci productū cantico. noſter depromat hodie chorus ſancto dominico·Uergenti mundi ueſpere nouū ſidus exorit̄·et clauſis culpe carcere preco ſalutis mittit̄·doctrinā euāgelicā ſpargens ꝑ orbis cardinē·peſtem fugat hereticā·nouū ꝓducēs ordinē. Hic eſt fons ille modicus·creſcens in flumē maximū·qui mūdo iam mirificus·potū largit̄ optimū·O uirū ineffabilem et totius ſctītatis ſpeculū ſingulare·De cuius uitis ubertate·tot uiri ſanctitate inſignes·dignitate preclari·religione celebres. quorū aliqui iam ſāctorū cathologo aſcripti ſūt·alij in om̄i genere doctrinarū doctiſſimi ꝓdierunt·ꝑ quos diuina ꝓuidentia eccleſiā ſuā ſctām aqua ſapientie rigat·expoſitionibus ſcripturarū illuſtrat·et doctrinarū uarietate reficit et fecundat. Hunc ergo ſanctiſſimū patrē·confeſſoris eximiū predicatorū ducē et caput egregiū uita et doctrina et miraculis glorioſū deo acceptiſſimū aduocatum habere ſtudeamus cantātes cū eccleſia et dicentes·O lumē eccleſie doctor ueritatis·roſa patientie. ebur caſtitatis aquam ſapientie ꝓpinaſti gratis·predicator gratie iunge nos beatis·



Glorioſus certe et mirabilis in ſctō Sixto apparuiſti bone Jheſu·dū ei et ī cōfeſſiōe incōcuſſā dei uirtutē et in paſſione glorioſam uictoriam cōtuliſti. O paſtor eximie·baſis firmitatis·adamas

conſtantie·doris puritatis·Sixte fons clementie·riuus largitatis.militantē me in acie ſub titulo tue ſanctitatis.poſt curſum preſentis uite iunge cum beatis·



f Irmiſſime credimus domine Jheſu, ꝙ tu qui de honorandis parentibus legē hominibus tradi diſti glorioſam matrē tuam in eius aſſumptione ita oīmoda in corpore et aīa illuſtraueris glo ria et honore ſublimaueris ut nulla mortalis lingua ualeat exprimere· Quis enī cogitare ſufficiat ꝙ̄ honorabiliter hodie regina mūdi ꝓceſſerit quanto deuotionis affectu tota in eius occurſu celeſtiuꝫ le gionū ꝓdierit multitudo·quantis ad thronū glorie canticis ſit deducta.ꝙ̄ placido uultu·ꝙ̄ ſerena fa cie·ꝙ̄ diuinis amplexibus a filio ſit ſuſcepta·et ſuper omnē creaturā exaltata· Glorificemus ergo uir ginem quam hodie paradiſus excepit·gaudens quam angeli cuꝫ laudibus proſecuntur·quam apoſto lorum chorus ueneratur.quam martires candidati beatificant·quam ſanctorum confeſſorum incola tus concelebrat numerus·cui hodie ſanctarum uirginum cum ſuis palmis inuictricibus exultans oc currit exercitus· quoniam hec eſt per quam omnis maledictio ſoluta eſt·et celeſtis benedictio in totū uenit mundum·Clama ergo fidelis anima.O maria ſtella maris·dignitate ſingularis·in ſupremo ſi ta poli.nos cōmenda tue proli· ut tecum letemur in gloria.



s J iuxta ſapientem bone Jheſu in multitudine populi dignitas regis et in paucitate plebis igno
minia principis. Mirabilia plane atqꝫ ineffabilis glorie tue ſplendet celſitudo cui milia miliuꝫ
miniſtrant et decies centena milia aſſiſtunt angelorū. Nō parum preterea nobis ſplendidior fuit tue
celſitudinis gloria nobilitate ipſa tibi miniſtrantiū angelorū. quorū nobilitas ꝙ clara ſit tam ſublimi
tate nature et excellentie perſpicacitate ꝙ gloria miniſterij quāqꝫ pulchre diſponente tua diuina ſapi-
entia triplici gerarchia nouemqꝫ ordinibus diſtincti ſint. et admirabili officiorū uarietate diſtributi.
ſolus ipſe eorum conditor bene noſti. Nos aūt beatiſſimos celeſtes ſpiritus recolendos et uenerādos
merito ſancta ſuſcepit eccleſia. tum quia circa totius uniuerſitatis creaturarū regimen diuine ꝓuiden
tie diligentiſſimi ſunt executores. tum eo maxime qꝛ ad miniſteriū humane ſalutis deputati ſedula di
ligentia illā ſollicitāt et maxime cū caritate ꝓcurant. Omnes quidem dicente apoſtolo Paulo Sunt
adminiſtratores ſpiritus in miniſteriū miſſi ꝓpter eos qui hereditatem capiunt ſalutis. Attende igi-
tur anima fidelis quanto deuotionis affectu teneamur beatis angelis gratiarū actiones debitis lau
dibus perſoluere. quorum tanta erga genus humanum ſunt caritatis beneficia.



Irabilis plane domine Iheſu in ſanctis tuis quibus tā maximū eſt bonū qđ eis preparaſti ut
fide nō capiatur. nō attingatur ſpe· nō cōprehendatur caritate· deſideria et uota om̄ia trāſgredi
atur· acquiri poteſt · extimari nō pōt· Que enī lingua aut quis intellectus· capere ſufficit· quāte ſint ſu
perne felicitatis ab eterno preparata gaudia ſanctis tuis· Plane nec oculus uidit· nec auris audiuit.
nec in cor hominis aſcēdit· quāta claritas · quāta ſuauitas· et quāta iocūditas eſt ī illa uiſiōe qua ſācti
uident te facie ad faciem · O deus magne qui erūt oculi qui te uidebunt ꝙ̄ ſani ꝙ̄ decori ꝙ̄ ualentes ꝙ̄
clari ꝙ̄ cōſtāres ꝙ̄ ſereni ꝙ̄ beati. O ꝙ̄ ſpectabilis illa celorū ſolēniras que ñ ānuis ſ; cōtinuis gaudijs
inclareſcit ubi lumē uidetur in lumīe et ipſi⁹ triniratis ſubſtātia· btis oculo ad oculū aperitur. ibi cog
noſcitur gignētis genitiq; in ꝓcedente ratio ſempiterna· que hic credi pōt· cōprehēdi nō pōt· Illis regi
na uirtutū ac uirginū uirginibus īnumeris comitata māſiōes ꝑambulat angelorū· ibi numeroſus an
gelorū exercitus ſacraris diuiſionib⁹ inſplēdeſcit· et uolūtario delectatur obſequio nō uelat ſ; reuelat
dn̄i maieſtatē · Illic patriarcharū electio ꝑmitiua· reuerēda ſocietas ꝓphetarū· glorioſus apoſtoloru;
chorus· purpurea martirū multitudo· cōgregatio florida cōfeſſorū· cādidiſſima uirginum turma· mo
nachorū numerus infinirus· Sedet in medio dn̄a uirtutū et de refuſiōe ſue glorie inebriat intuentes·
Inebriabuntur ab ubertate domus tue· Beati qui habitanr in domo tua dom̄e· ibi ſecura pax· requi
es uoluptuoſa· uita ꝑpetua.· ſapiētia mētis· agiliras corporis .cordis illumīatio · ſicut om̄iu; letantiū
hoīm habitatio eſt in te ciuitas dei· Eri plateis tuis uox exultatiōis dulcoribus modulis intonatur
Sācte aūt et iuſte decretū eſt ut hac die ſāctorum oīum celebris habcatur feſtiuiras· ut quicquid hūa
na fragilitas ꝑ ignorantiā uel negligentiā· uel ꝑ occupationē rei familiaris in ſolēnitatibus ſāctorū
minus debite ꝑegiſſet in hac ſcā obſeruatiōe ſoluat̄ .O quā reuerēda ſolēnitas hodierna ī qua ſctis oī
bus honorē cōiter exhibem⁹ o ꝙ̄ dextere mutatio glorioſa quo tēplū cunctis ydolis dedicatū ſanctorū

omniũ cultui hodie cõſecrat̃. Ora ergo cõfiden ter fidelis aĩa in hac ſacra die quoniã indubitanter ſpe/
tate potes obtinere qđ pe tis ubi tot apud diuinã maieſtatẽ ꝓ te interuenerũt m ilia miliũ interceſſorũ



Anctũ quidem ꝓpoſitum. et ex caritatis fonte emanans quo ſancta mater eccleſia ſtatuit om/
nium fideliũ defunctorum generalez fieri cõmemorationẽ Tum ut cõmuni una cõmonitiõe ad
mortis inuitaremur meditationẽ. maxĩe cũ platonis ſnĩa ſit omnium ſapientũ uirã meditatiõe mortis
Debemus ergo et nos p̃meditari quid aliquãdo fuerimus. et quid aliqñ futuri ſumus. et qđ uelimus
nolimus abeſſe longius nõ põt. O q̃ȝ utilis eſt meditatio mortis. memẽto mortis tue et in eternũ non
peccabis. qui ſe quotidie meditat̃ moriturũ cõtẽnit p̃ñtia. et ad futura feſtinat. Fit p̃terea huius gene
ralis defũctorũ cõmemoratio ut generalibꝫ ſuffragiorũ bñficiis adiuuent̃ mortui. qui ſpẽalibꝫ opitu
lari nõ ualẽt que ſuffragiorũ bñficia q̃ȝuis nõ ꝓ quibus fiũt omnibꝫ pſint. ſed hijs tm̃ qui dũ uiuerẽt
meruerũt ut pſit nihilominus. quia nõ diſcernimus qui ſint. oportet ꝓ regeneratis omnibus facere ut
nullus eorũ pretermitteret̃ ad quem huius ſuffragia poſſint et debeant peruenire. Melius eteñ ſuper
erunt iſta quibus nõ obſunt nõ pſunt quã eis deerunt quibus pſunt. Nõ eſt aũt dubitandũ orõnibus
ſancte matris eccleſie et ſacrificio ſalutari et elemoſinis que pro eorum ſpiritibus erogantur. mortuos
adiuuari. eos ſcilicet qui ita uixerunt ante mortem ut poſſint hec utilia eſſe poſt mortem. Attende er
go aĩa fidelis q̃ȝ ſancta et ſalubris ſit cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis ſoluantur. Stude
ergo fidelis defunctos in tuis orationibus continue habere recõmiſſos.

¶ Finite ſunt contemplationes Reuerendiſſimi patris domini Johannis de Turrecremata.
Sacroſancte Romane eccleſie Cardinalis. Poſite et depicte de ipſius mandato in eccleſie am
bitu ſancte Marie de Minerua. Rome. Impreſſũ per honorabilem uirũ Magiſtrũ Stephanũ
Planck Alemanum. Anno dñi. Mcccclxxiiij. Die uero. xiij. menſis Marcij.

INC
1510



ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO

ARQUIVO NACIONAL DA TORRE DO TOMBO